UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

E Ante M

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

los elidere. Sue. in Ceſa. Ac ſepe pre turba eliſi exanimaticꝫ ſunt. Virg. Geminoſcꝫ premens eliſerit angues. Itē elidere eſt colligere. Idez lib. iij. Ter ſpumā eliſam ⁊ rorantia vidimus aſtra.

Eligo is pe. cor. Vide in dictione Deligo.

Elimino as. pe. cor. extra limen eijcio: excludo. Actius Egredere exi. effer te: elimina vrbe.

Elis ciuitas arcadie: iuxta quā Alpheus fluuius oritur Hinc eleus a um. Virgi. lib. iij. geo. Hic vel ad elei metas ⁊ maxima campi Sudabit ſpacia.

Elinguis qui ſine lingua eſt. Item qui mutus eſt ⁊ loqꝫ non poteſt etiam ſi linguam habeat. Amb. Mutus es: elinguem te feci.

Elinguo as: linguam extraho: ſeu lingua priuo. Plau. in Aul. Si hercle ego te nō elinguandā dedero vſqꝫ ab radicibus: impo: auctorqꝫ ſum vt me cuiuis caſtrādum loces.

Eliquo as: pe. cor. Vide in dictione Liquo as.

Eliſſa fuit nomen ꝓpriū Didonis. Nam dido lingua phenicea latine virago dicitur

Elimo as. pe. ꝓ. Vide in dictione Delimo

Elixum dicit̄ aqua coctuz ꝙ lix ignis cinis appellatur. Nam cinere olle ſuppoſito coqui ſolent carnes non aſſan de. Var. autē per trāſlationē calceos elixos ſcribit quaſi madefactos vt eſt caro que elixatur.

Elixo as: aqua coquo. Lau. Valla. Quod in prandio carnes quaſdā parū elixaſſet.

Elogium teſtificatio de aliquo honoris vel vituperationis cauſa. Et aliqn̄ ſimplex teſtificatio ſentētie: vt Cice. Solonis quidē ſapientis elogium eſt quo ſe negat velle ſuā mortē dolore amicoꝝ ⁊ lachrymis vacare. Vituperationis. Quintil. Nō eſt iudices ꝙ putetis ideo nullū adiectum ad exheredationē iuuenis elogiū quia de ſcelere cōſtaret. Honoris. Ci. in Ca. Quanta in Attilio Calatino: in quē illud elogiū vnicū plurime ꝯſentiūt gētes populi primariū fuiſſe virꝫ Sene. Deceſſit negociator teſtamento oīm bonorū ſuorū reliquit formoſam vxorē heredē: et adiecit elogium: Quia pudicam comperi. Dicitur etiam elogiꝰ ſicut epitaphiū ⁊ epitaphius.

Elychniuz: dicitur funiculus ille papyraceus ſiue ſparteus canabinus ve aut ſtupeus qui ſtās in oleo puritur: quem et thryallida ⁊ phlomon quoqꝫ greci appellant. Plinius. Et e medulla eius elegantiuz lucernarum ellychnia fiunt.

Eloquor penul. correpta ſignificat ſicut ſuum ſimplex. Quintil. Eloquor cū omnia que mente conceperim promo: atqꝫ ad audientes ꝓfero. Virg. Eloquar an ſileā? Plau. in Am. Reſqꝫ vt facta eſt eloquar. Qua ſi aperte loquar. Aliquādo eloqui eſt dicere qđ propriū eſt oratoris: a quo eloquentes dicunt̄: qui in dicendi ratione ꝑfecti ſunt.

Eloquentia dictio ex omni parte ꝑfecta: totum rhetorice corpus continet. Ab eloquēs: elocutio que ab elocutum ſupino fit: eſt idoneoꝝ verboꝝ: ac ſententiarū ad inuentionē accōmodatio.

Eloquium modo ſermonem: modo facundiam: modo elogium ſignificat. Plau. Dulci ac blando eloquio amicam ſolatus. Apul. Platonis eloquio monitus nō nobis ſolis nos natos eſſe.

Elpes nomen proprium Boetij vxoris. De qua epitaphiū eſt. Elpes dicta fui ſicule regionis alūna. Quā procul a patria coniugis egit amor. Quo ſine meſta dies nox anxia flebilis hora. Non ſolūqꝫ viro ſpiritꝰ vnus erat. Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito. Maioriſqꝫ anime parte ſuperſtes ero. Porticibus ſacris iam nunc peregrina quieſco Iudicis eterni teſtificata thronum. Neue manus buſtū violet ne forte iugalis Hec iterū cupiat iūgere mēbra cinis.

Elongo as: lōge facio remoueo: vt Elōgaſti a me amicum et proximū. Aliqn̄ protraho: differo. Pli. Quo maxime tēpore dies elongantur.

Elonginquo as: idem qđ elongo. Aug. Dn̄e ne elonginquaris miſericordias tuas a me.

Elorus pe. pro. Sicilie vrbs ab eloro amne qui cāpis ſuperfunditur ſicut nilus dicta: proxime pachynum in quo piſces cibum manu capiunt: vt teſtatur Pli. lib. xxxij. De hoc Sirius ſidonius Drepane atqꝫ vnda clamoſus elorus. Virgi. lib. iij. Exupero prepingue ſolum ſtagnantis elori. Sunt tamen qui hoc nomen aſpirent.

Elpenor pe. ꝓ. nomen comitis vlyſſis q̄ a circe cū alijs ſocijs i porcū ꝯuerſus fuit. Iuue. Et cū remigibꝰ grunniſſe elpenora porcis. Homerus facit libro. xj. odyſſ. Per necromātiā interfecti elpenoris Vlyſſez ire ad inferos. ελπενορ δετισ εσκε νεωταιοσ ου τετι λιην αλκιμοσ ενπολεμω ⁊ ſubdit. αλλα κα ταρτικρυ τεγεοσ πεσεν κδε οι αυχην αστρα γαλων αγη ψυχη δε αιδοσ δεκατηλθε.

Elucum penultima pro. languidum vel hallucinatorē: aut nugarum amatorē ſiue halonem: hoc eſt heſterno vino languentem ſignificat.

Elucifico as: luce priuo.

Eluceſcere ſignificat valde luciduz fieri. Hieronymus Qđ vt clarius eluceſcat: ſumamus exempluz ab his corporalibus ſenſibus.

Eludo is pe. pro. manifeſte ſeu perfecte derideo: decipio. Cice. Sed vos ab illo irridemini ⁊ ipſi illum viciſſim eluditis. Eſt ⁊ eludere: vt Do. ſcribit ludo finē dare. Terē. in Eu. Eludet vbi te victum ſenſerit.

Elumbus ⁊ elumbis: qui euulſum habet lumbum: vel qui prelūbi debilitate ſeſe erigere non poteſt.

Elugeo es. pe. ꝓ. Vide in dictione lugeo

Eluo is: elui elutum ſignificat lauo ſeu lauando exhaurio extra purgo. Col. libro. j. Quod etiam venenatē liquoris eluit perniciem. Idem Villica debet curam adhibere: vt ſi que feces aut amurce in fundis vaſorum ſubſederint ſemel: ſtatim emundentur: ⁊ nō calidiſſima lixiuia ne vaſa ceram remittāt ſemel atqꝫ iterum eluentur. Lactā. lib. v. Quanto ſatius eſt mentē potius eluere que malis cupiditatibus ſordidatur. At eluare eſt gule inſeruire ſeu luxurioſe: effundere. Cice. pro Sex. Quid tu meo periculo gurgis ac vorago patrimonij eluabare.

Eluuies. Vide in diccione Alluo is.

Eluo as: pe. pro. exprimo extramitto foras: aquam colo ſeu quid ſimile ex luto aut alia re feda. Vir. lib. ij. Geor. Aqua elutabitur omnis id eſt exprimetur

Elutrio as: de vaſe in vas transfero. Quod quidem et tranſuerſo dicitur. ſed rarius. Forte a lura: que os culei eſt. Unde lurcones capacis gule hoīes.

Elurus pe. pro. animal a grecis dictus apud latinos felis. Gel. li. xix. Elurorū quoqꝫ oculi ad eaſdem vices lune maiores fiunt: aut minores: ſcribitur cum diph. Aelurus de quo ſupra.

Eluſco as. Vide in dictione Luſcus.

Elyſium cū y. locus quem alij inferorum ſuis felicitatibus plenum: alij fortunatas inſulas: alij circa lunarē circulum dicunt: vbi iam aer purior eſt.

E Ante M

Emancipo as: penultima correpta manumitto: libero. Unde emancipati qui duobus modis intelliguntur Aut hi qui ex patris iure exceſſerunt: aut qui aliorum fiunt domini. Aliquando emancipatus idem eſt qđ deditus: et veluti in mancipium adſcriptus. Cice. in Cato. Ita ſenectus nimis honeſta eſt: ſi ſeipſam defendit: ſi ius ſuum retinet: ſi nemini emancipata eſt: ſi vſqꝫ ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos. Qui emancipat dicit̄ emancipator.

Emanſor dicit̃ qui diu vagatꝰ ad caſtra regredit̃: ſicut Deſertor qui per tempus longum vagatus reducit̃. Erroneus, qui non quidem fugit: ſed frequenter ſine cauſa vagatur: ⁊ temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius ad dñm redit.

Emano emanas penultima producta: extra mano ex eo. Colu. libro. vij. Et ſale cum adipe defricatur duz ſaniei vis emanat.

Emargino as: pe. cor. ſignificat cruſtas et puluillos et oras vlcerum adimo.

Emaus cuius lucas in euangelio meminit eſt que nunc Nicopolis inſignis ciuitas paleſtine: apud quam in fractione panis cognitus dñs eſt.

Emaſculo as: caſtro: eunuchizo.

Emath: ciuitas que nūc Antiochia nominat̃: ⁊ due ſūt vt inquit Hierony. Magna. ſ. et minor. Magna antiochia: minor appellatur Epiphania. Vñ vſq; hodie pergētibus meſopitamiā prima manſio Emas corrupto quidem vocabulo: ſed priſtini nominis veſtigia retinente. Cuius regio appellatur Reblata: in qua preſente Nabuchodonoſor regis iudee Sedechie interfecti ſunt filij: ⁊ oculi eiꝰ excecati. Hemath vo in principio aſpiratū: regio allophiloꝝ eſt.

Emaciatus a um: ab emacio as: qđ eſt macrum facio. Col. lib. ij. de medica herba. Deinde quater interduz etiam ſexies demetit̃: ꝙ agrū ſtercorat: ꝙ omne emaciatū ex ea pingueſcit egrotanti pecori remedium eſt ꝙ iugerū eius toto anno tribus equis abūde ſufficit.

Emathia regio in Macedonia: que alio noie pharſalia dicta eſt ſeu campi philippici. Dicta emathia ab Emathione rege fratre Memnonis qui fuit filius Aurore et Tithoni.

Embāma atis: comdimentū qđ ad condienda obſonia fit. εμβαμμα και εμβαπτιζω λεγεται. Col. Hoc ſinapi ad embāmata non ſolū idoneo ſed etiaz ſpecioſo veteres q̄dē embāmata itelligūt imerſiones qñ intingimus vel panem vel opſonium in vaſculis repletis reliquida: a greco εμβαπτειν fieri videtur qđ eſt imergere intingere. Vñ ⁊ latine intinctus.

Emblemata ſunt opa que ex teſſerulis ſtructa ſunt quale eſt muſeatū in parietibus ſeu pauimētis ⁊ tarſeatū in lignis απο του εμβαλλω quod eſt interſero. Emblematū quedā dicūtur vermiculata ſiue muſeata: vt que in parietibus fiunt: quedā ſegmentata que in lignis: ⁊ quedaz teſſelata que in pauimentis. Sed ſepe confunduntur. Unde a quibuſdam accipiuntur emblemata ꝓ ſigillis ex auro vel argento vaſis impreſſis illigatiſq;. Cice. de ſignis taxat verrem ꝙ vim emblematum coaceruauerit que omnia vaſis ſiculorum celatis impudenter abſtulerat. Virgi. Cratera impreſſum ſignis: a greco εμβλεω imprimo: vel infigo. Pli. lib. xxxiij. Vlyſſes ⁊ Diomedes erant in phiale emblemate palladiū ſurripientes.

Embolīū απο εν και βαλλω vnde emboliaria multipliciter dicitur quaſi argumentū ⁊ ingreſſus quidā ſcenicus quale ſub Domitiano repreſentatum eſt ſi Martiali credimus Victam Paſiphaen dicteo credite tauro Vidimus accepit fabula priſca fidem. Ci. ad Atticum. Embolium nouum cogito. Idem pro Sex. Ille inquit ipſe maxime ludijs non ſolum ſpectator: ſed actor ⁊ Acroma qui omnia ſororis embolis nouit. Qui ibidē mulier ꝓ pſaltria inquit adducitur: vt ridiculi ſint qui emboliariā ex artis genere accipiunt. Unde etiā emblemata quaſi ab interſerēdo vt que phrygionum opus aut plumatile conficiat. Dicit̃ ⁊ ſtabilitas ipſa embolon et roſtra quoq; nauium appellantur embola. Sed ⁊ acies in rumbi mō inſtructa nominat̃ embole: ſicut ⁊ pars arietis extrema machine muralis quia ingruit. Ipſa quoq; fibulis rotarū axibus firmandis imitti ſolita quam ruſtici clauiculam appellant grece nomen habet emboliuz. Nam ⁊ dies intercalares embolimei: ⁊ ipſa intercalatio emboliſmus appellatur.

Embryo grece εμβρυων. εμβρυωνοσ το παιδαριον εντη μητρα. neutro genere dicunt pro intus germinante ac ſcaturiente: et accipitur pro eo qđ in vtero matris viuit anteq̄ liniamenta ſue ſpeciei accipiat ex εν quod ſignificat intus: et βρυω germino emano.

Emereor manifeſte ſeu perfecte mereor: aut ſolutus liber de ſum. Unde Emeriti ſtipendia qui militia perfuncti ſunt ⁊ vacationē habētes. Lact. lib. iiij. Etenī cū conſtet hō ex carne ac ſpiritu: ⁊ oporteat ſpiritū iuſticie opibus emereri vt fiat eternus. Clau. lib. ij. Ducunt emeritos ad paſcua nota iugales.

Emerita Auguſta: hiſpanie oppidū eſt: ad luſitaniam ſpectans.

Emedullo as: ꝑ duplex ll. Vide in dictione Medulla.

Emendo as corrigo aufero: ⁊ ab emēda deducit̃ Pli. lib. xxiiij. Succus hedere tedia nariū graueolentiaq; emendat precipue albe ſatiue. Hieronymus ad Auguſti. Et vel noſtruz emendemus errorem vel alium fruſtra reprehendiſſe doceamus.

Emendico as: pe. ꝓ. ſignificat more mendicantiū expeto. Sueto. in Ceſa. In hiſpania a proconſule ⁊ a ſocijs pecunias accepit emendicatas in auxilium eris alieni.

Emergo is: ſi. ſum. Vide in dictione Mergo.

Emitto is: extra mitto. Hora. Neſcit vox emiſſa reuerti. Unde et emittere ponit̃ ꝓ manifeſtare publicare Item emittere eſt a ſeruitute liberare. Plau. i Cap. Non erit tam auarus quin te gratis emittat manu. Terē. in Adel. Haud dubiū eſt quin emitti equum ſiet. i. liberū fieri. Aſcē. Hora. habet vox miſſa ⁊c.

Emiſſarius qui ante exercitū emittitur: vel ad explorādum: vel ad prelium laceſſendum: vel qui dñm circūſtat: vt eius iuſſu obtemperet: et preſto eſt vt emitti poſſit. Hiero. in li. Regū. Et ait rex emiſſarijs qui circūſtabāt eū. Itē q̄ paratus eſt inuehi in aliquē emiſſarius dicit̃. Ci. Mario. Perſuaſeratq; nōnullis iuidis meis in me emiſſariū ſemꝑ fore. Item emiſſariꝰ ſicut Aſco. docet: eſt furtoꝝ conciliator atq; internūcius que a magiſtratibus vel a dñis cōmittunt̃. Cice. in ver. acti. v. Dubitaturū quēq; exiſtimas: quin illis emiſſarijs hec tibi ois pecunia queſita ſit. Et emiſſarius vocat̃ equus aries ⁊ hmōi qui emiſſus ſit in ſolitudine: vel qui ad generandā ſobolem emittit̃. Sed videtur ratio velle vt dicatur admiſſarius ꝙ ad ſobolem procreandam femine adiungat. Unde admiſſura qñ mares brutoꝝ admittūt̃ ad feminas. Sed vſus magis emiſſarius habet. Hiero. in Leui. Cuius exierit ſors dño offeret illū ꝓ pctō. Cuius aūt in capram emiſſarium ſtatuet eū viuum coraz dño. Pli. Emiſſarium appellat palmitez: qui emiſſus ex putatione infertur imis ſcamnis ac per ſingulos annos ad ſuperiora ſcandat. Sic eī lib. xvij. ſcribit. Relicto ſemꝑ duramēto in ſingulis tabulatis ⁊ emiſſario vno q̄ ſubeat vſq;quo placuerit.

Emiſſariū locus per quem aqua e lacu aut ſtagno emittitur. Suetonius. Fecit et emiſſarium fucini lacus: portūq; hoſtienſem.

Emaneo: extra maneo. A quo Emanſor: de quo ſupra habitum eſt.

Emineo es: pe. corre. eminui quaſi extra alios: vel pre alijs ⁊ ſupra alios maneo. Is eī eminere dicit̃ qui ceteris altior eſt. Aug. lib. viij. de ci. dei. Thales phs vt ſucceſſores etiā ꝓpagaret rerū naturam ſcrutatus ſuaſq; diſputationes litteris mandans eminuit. Interdum eminere eſt reſpirare. Plau. in cap. Ita me miſerum reſcitando retinendoq; laſſum reddiderunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vix ex gratulando miſeriam eminebam tandē aliꝫ ad
pretorem: ibi vix requieui. Huius verbi compoſita
ſunt. preemineo vel premineo: qd̄ eſt anteſto/preſuꝫ
quaſi ante alios maneo. Hiero. Nō querat obſecro
filia regis filiā militis preminere pompis terrenis in
chriſti ⁊ apoſtoloꝝ cōſortio. Promineo porrigor ſu/
peremineo.

Eminus pe. cor. ſignificat a lōginquo loco: q̄ſi ab extra
manēte. Et differt a longe ꝙ nō recte dixeris. Emin⁹
habito: vt longe habite. Sed emin⁹ iacula mittebat
Similiter comin⁹ a loco ꝓpinquo nō in loco ꝓpinq̄
neqꝫ ꝓpe: vt Comin⁹ te ꝑcutiā: nō cominus ſedeo.

Eminulus pe. cor. parum eminens: ſeu parum a longe.
Varro. Vt habeāt inferiorē partē frequētibus pilis
ſubcriſpis cruribus potius minoribus rectis genib⁹
eminulis diſtātibus inter ſe. Idem de canibus. Spi
na neqꝫ eminula neqꝫ curua cauda craſſa.

Emmanuel per duplex mm. interpretatur nobiſcū de⁹.
Grece εμμανουηλ λεγεται.

Emolumētū vtilitas quā ex opera ⁊ labore aſſequimur
Et a molimine deſcēdit. Ci. lib. iij. offi. Si ſic erimus
affecti vt propter ſuū quiſqꝫ emolumentū ſpoliet aut
violet alterū dirūpi neceſſe eſt eam que maxime ſm
naturā humani generis eſt ſocietatem.

Emo is emi emptū: cōparo. Conſtruit̃qꝫ cuꝫ abltō vel
gtō hoꝝ nominū tanti quāti pluris minoris ⁊ hmōi.
Ci. lib. iij. offi. Emit homo cupidus tāti quāti pythi⁹
voluit. Gelli⁹. Libros plurimos ere pauco emi. Ei⁹
cōpoſita ſunt Abemo/adimo/coemo ſimul emo vel
ex omnibus locis emo. Eximo. Interimo perimo et
redimo: que habēt penultimā correptā.

Emptito as: pe. cor. frequēter emo vel frequēter mer/
candi ſeu acquirēdi vſum habeo. Pli. li. xxxiij. Alios
coriꝫs: alios ferro captiuiſqꝫ reb⁹ emptitaſſe ſe tradit

Emptitius: qui eſt de numero eoꝝ qui empti ſunt ſiue
emi ſolent. Hiero. in geñ. Omne maſculinū in gene/
rationibus veſtris tam vernaculus q̄ꝫ emptitius cir/
cūcidetur. Var. li. iij. de re Ruſt. Hic aprū glans cuꝫ
paſcit emptitia facit pinguē: illic gratuita exilem.

Emax generis cōis: qui vel que facile inclinat̃ ad emen
dū. Hinc emacitas facillitas ⁊ inclinatio voluntaria
emendi. Col. lib. v. Quoſdam emacitas in armentis
quoſdam exercet in cōparandis mancipiꝫs cura. De
cuendis nullos cura tangit

Empiſtothonus. Vide in dictione Tetanici.

Emporium locus mercatus ⁊ Nundinarū latine dicit̃
emptoriū vbi res venales exponunt̃ αποριζω qd̄
eſt mercor vel acq̄ro ab ex εμπορεω lucror nego/
cior/emporos/mercator/emporeuma atis: negocia/
tio εμποριον εν και πορευω ago duco.

Emporetica charta dicta eſt qua merces inuoluūtur a
mercatoribus inutilis in ſcribendo.

Empedocles pe. cor. nomen philoſophi: qui vt auctor
eſt. Hiero. Omne qd̄ viuit et mouetur non putauit
edendum ſicut ⁊ Pythagoras ⁊ ex lite amicitiaqꝫ in
ter ſe diſſidentibus cuncta conſtare dixit. Ferunt hūc
Agrigētinum fuiſſe qui cū lacū ethne montis inueſti
gare contēderet: decidit in foueam igneam et incen/
dio conſumptus eſt. Hic ſapientie precepta verſib⁹
complexus eſt: de quo Lucr. Carmina quin etiam di/
uini pectoris eius. Vociferant̃ ⁊ exponūt p̄clara re/
perta: Vt vix hūana videat̃ ſtirpe creatus. Quid de
diꝫs ſentiret ita ſcribit Suidas. θεων τα ειδη και
ταιο νομαια ου πω τουσ ανθρωπουσ νινωσ
κειν δηλοι ο χαιρε τε εγω δε υμμιν θεοσ
αμβροτοσ ουκετι θνητοσ και ηδη γοηποτε εγω
γενομην κουρη τε ηθροτε και ο εν ολυμπια
βουσ ονλεγε πεμματοιησ αμενοσ θυσαι

Emphaſis pe. cor. expreſſio: ſignificatio: demonſtratio.
Figura eſt qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur
Cuius duo ſunt genera. Alterū qd̄ plus ſignificat q̄ꝫ
dicit: ſub quo etiaꝫ minus volumus intelligere. Vir/
gilius lib. j. Geor. Cū iam ſacre deficerent ſylue: hoc
eſt nō ſolū alie: ſed etiā ſacre.

Emphaſis pe. cor. figura cū ex aliquo dicto aliquid la/
tens eruitur. Duo eius genera ſunt. Alterum quod
plus ſignificat q̄ꝫ dicit. Alterum quod etiam id quod
non dicit.

Empyreum latine igneum a πυρ: quod eſt ignis. Vn/
de celum empyreum.

Empanda veterum dea que rebus patentibus preeſſe
putabatur.

Emperici pe. cor. dicunt̃ medici in arte experti. Empi/
ricus experimentator ab εμπειρια quod eſt experi/
mentū εμπιροσ expertus εμπιρικη pars medi/
cine eſt que ꝑ expientiam curat. Sunt enim qui me/
dicinā diuidant in empiricen: logicen: et methodicen
Apollinaris ad Remigium. Ad hoc oportunitas in
exemplis: fides in teſtimoniꝫs: ꝓprietas in empiricis
vrbanitas in figuris: virtus in argumētis: pondus in
ſenſibus: flumē in verbis: fulmen in clauſulis.

Emphonos pe. pro. latine canorus: vocalis.

Emplaſtrū latine fictum vel informatū ex εν prepoſi/
tione que ſignificat in ⁊ πλαστω fingo ſeu formo.
Unde ex diuerſis rebus confingi ⁊ formari cōſueuit
quod nunc vulgo vnguentum dicitur. Id vero quod
vulgo emplaſtrū dicitur a doctis vocat̃ cataplaſma
Imponuntur emplaſtra vulneribus. Malagmata
ſuper integram cutem iniꝫciunt̃. Paſtilli aut illiniun
tur aut alicui molliori ceratone miſcentur. Sunt et
alia horum inter ſe diſcrimina.

Emplaſtratio in arboribus dicitur cum cortex eximi/
tur inoculatiōis gratia vt aptari queat cortex par ex
altera arbore. Col. libro. iij. Tertium cum gemmas
non exiguo cortice in partē ſui delibrataꝫ recipit quā
vocāt agricole emplaſtrationē. Idem lib. vj. Tertiū
genus quo ipſas gēmas cū exiguo cortice in partem
ſui delibratam recipit quaꝫ vocant agricole empla/
ſtrationē: vel vt quidā inoculationē. Idem vſurpauit
Emplaſtraturus cum ait. Delibrato iteꝫ alteram ar/
borem quā emplaſtraturus es.

Emproſthoton. Vide in dictione Opiſthoton.

Emungo is xi. ctum: nares purgo: qd̄ fit cuꝫ pus ex eis
detrahitur. Mungo eñ eſt quaſi mucum ago e nari
bus. Mucus vero eſt narium humiditas. Hora. per
tranſlationem de Lucilio Emuncte naris inquit pro
eleganti ⁊ faceto. Emūgere lucernā dicimus lychnū
proferre. Qñqꝫ etiā de pecuniꝫs dicit̃. Ter. Emunxi
argento ſenem. i. exhauſi.

Emunctoriū inſtrumentū ad emungendum. Hiero. in
Exo. Emunctoria quoqꝫ ⁊ vbi ea que emūcta ſunt ex/
tinguuntur fiant de auro puriſſimo.

Emuſicata quid ſignificent. Vide in dictione Amuſſis

E Ante N

En: ſignificat ecce: et nominatiuo pariter ⁊ actō iungit̃
vel indicādo: vt En priamus: vel exprobrādo: vt En
agros ⁊ quam bello troiane petiſti Heſperiā metire
iacens. Oratores ꝑ noīatiuū frequētius. Cice. En cri
men. Eſt etiā en ꝓpoſitio greca q̄ ſignificat in.

Enanthropeſis. Incarnatio hominis.

Encenia cum e. diph. innouatio ab εν ⁊ καινιζω nouo
Augu. Encenia feſtiuitas erat dedicationis templi.
Grece eñ καινον dicitur nouū. Quādocūqꝫ eñ no/
uum aliquid fuerit dedicatum Encenia vocatur. Iā
⁊ vſus habet hoc verbum ſi quis noua tunica indua/
tur Enceniare dicitur.

Encauſtes: qui igni adhibito aliquid fingit. απο το
καιω μ καυσω λεγεται και ενγινεται.

Encauſtum opus igni pictum. Pli. Figulinū opus en